№ 1. Dnia 31 Stycznia 1927 r. Rok III.

Piński Przegląd Diecezjalny

Treść numeru:

Dział urzędowy.

AKTA STOLICY APOSTOLSKIEJ.

1. **Z Sekretarjatu Stanu.**

*SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITA.*

Nr. 55912.

Ex Aedibus Vaticanis die VI mensis Augusti, anno MCMXXVI.

Ill-me ac R-me Domine.

Haec Secretaria Status, litteris die 1ª Decembris, anno 1918, datis, singulos orbis catholici Ordinarios monebat ut quaelibet res, quae ad Sacram Congregationem S. Officii deferri solet — cum plerumque de factis agatur quae ab aliis non sine scandalo resciri possint — non directe ad S. Officii Tribunal sed ad Emum Cardinalem e Secretis Status deferreretur.

Idque eo dumtaxat consilio praecepit ut earum gravissimarum rerum notitia a publicis cursoribus vel ab iis quorum censurae epistolae, illis diebus, subiiciebantur nullo modo ac quireretur. Cum autem in praesens amplius non vigeat Illa rerum condicio, litteris huius Secretariae, quae talem praescriptionem induxerat, vim omnem amiserunt. Quapropter directe ad praedictam S. Officii Congregationem deferri debent ea omnia de quibus idem ipsum Tribunal proprio ac nativo iure decernit.

Haec Tibi referens, opportunam nactus occasionem sensus existimationis meae erga te, maximae profiteor meque confirmo.

Amplitudini tuae
AAddictissimum
P. Card. GASPARI

*Ill-mo ac R-mo Domino
Domino Episcopo Pinscensi
P I Ń S K.*

Akta ŚŚ. Kongregacji Rzymskich.

2. Ze Św. Kongregacji Rozkrzewiania Wiary.

Promulgantur statuta generalia piae unionis Cleri pro missionibus atque summarum spiritualium favorum quibus eiusdem piae unionis sodales fruuntur.

DECRETUM.

Ut Pia Sacerdotum Consociatio, quae „Unio Cleri pro Missionibus" nomen habet, quamquam Summi Pontifices Benedictus Pp. XV fel. mem. et Pius Pp. XI fel. regn. tam valide commendaverunt, ubique nationum rite et secundum optata erigatur, visum et huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Statuta generalia recognita in vulgus edere, quibus ab iis standum erit et Summorum Pontificum votis obsecundare et favores omnes spirituales eidem Piae Consociationi concessos sibi velint comparare.

Quod si ex peculiaribus rerum adiunctis necessarium in aliqua regione visum fuerit in hoc vel illo decernendo a statutis generalibus recedere aut aliquod eisdem addere, approbatio ab hac Sacra Congregatione omnino praerequirenda erit.

Faxit vero Deus O. M. ut omnes sacerdotes ad suum amorem erga Missiones magis magisque fovendum huic Piae Consociationi sese adscribere libenter velint.

Datum Romae, in aedibus Saceae Congregationis de Propaganda Fide, die 4 aprilis Festo Resurrectionis D. N. Iesu Christi, an. 1926.

G. M. Card. *VAN ROSSUM*, Praefectus.

L. S.

F. Marchetti Selvaggiani.
Arch. Seleucien. Secretarius.

STATUTA GENERALIA.

1. — DE NATURA ET FINE.

1. — Pia Unio Cleri pro Missionibus est associatio sacerdotum ad sacras Ecclesiae missiones adiuvandas instituta, prout num. 4 circumscribitur. Haec pia Unio a S. Sede probata fuit multisque ac singularibus favoribus et privilegiis aucta.

2. — Beatissimam Virginem Mariam, Apostolorum missionumque Reginam, patronam veneratur ac sub eius singulari patrocinio finem sibi propositum prosequitur.

3. — Pia Unio ad normam canonis 708 Cod. iur. can. in singulis dioecesibus erigenda est.

4. — Haec Pia Unio sibi proponit animum sacerdotum gentium conversionis amore accendere, ut per ipsos universus populus christianus studio erga missiones catholicas pariter inflammetur et ita tota Ecclesia concurrat ad regnum Christi per universum mundum dilatandum. Unio missionaria itaque Cleri non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium oblationes colligendas institutum neque pro fine habet aliorum Operum missionalium gubernationem sibi assumere, licet operam impendat ad fidelium animos disponendos ita ut omnibus Operibus missionalibus pro viribus succurrant.

5 — Piae Unionis socii finem sibi propositum hisce praecipue mediis assequi student:

a) Fevidis ad Deum O. M. precibus pro felici sacrarum missionum exitu propriaeque in favorem missionum operae successu;

b) cognitione missionum earumque indigentiarum, laborum apostolicorum qui in variis mundi plagis a Missionariis sustinentur, felicis vel minus laeti eorum exitus, itemque omnium earum rerum quae ad regnum Dei imprimis inter paganos dilatandum referuntur;

c) collationibus congressibusque sociorum, quibus mutuo se illuminent circa missionum indigentias atque ad eis subveniendum vicissim se exhortentur;

d) fovendo in familiis christianis vocationes missionales, sive ad sacerdotium sive ad munus adiutoris aut adiutricis Missionariorum;

e) monendo christifideles qua sacris concionibus, qua publicis conferentiis, ut vocant, qua privatis colloquiis et adhortationibus, qua scriptis in vulgus editis, aliisque opportunis mediis, de magno opere evangelicae praedicationis inter infideles, et de variis modis, quibus catholicarum missionum necessitatibus succuri possit;

f) offerendo libenter adiutricem operam suam iis qui Operibus missionalibus praepositi sunt;

g) naviter operam dando ut omnibus innotescant et ubique promoveantur Opera missionalia, imprimis ea quae a Sede Apostolica tanquam sua agnita sunt et Motu proprio Romanorum Pontificum, diei 3 maii 1922, prae caeteris commendata fuerunt. Ea sunt, ante omnia magnum Opus a Propagatione Fidei, Opera auxiliaria a Sancta Infantia, a Sancto Petro Apostolo pro institutione Cleri indigenae,

et Collecta annua in festo Epiphaniae pro redemptione captivorum, seu pro missionibus Africanis; neque omittendo peculiares collectas pro determinatis regionibus vel missionibus aut pro singularibus indigentiis quae in missionibus forte occurant fidelium commendare.

h) promovenda festa, ut dicunt, missionalia, conventus seu congressus, aliaque id genus, quibus christifidelium studium erga missiones magnopere accendatur et accrescat.

II. DE SODALIBUS.

6. — Piae Unioni Cleri pro Missionibus adscribi possunt omnes sacerdotes cum saeculares tum regulares, necnon clerici qui sacrae theologiae studiis incumbunt.

7. — Adscriptio fit sive a Consilio dioecesano, sive a Consilio regionali, sive, his deficientibus, a Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

8. — Ipsa adscriptione suscipiuntur onera Piae Unionis propria, et acquiritur ius ad indulgentias lucrandas et ad favoribus privilegiisque fruendum, quae a Sancta Sede Piae Unioni concessa sunt. Sciant tamen sodales non sufficere nomen dare Piae Unioni, sed naviter et fideliter exsequenda esse ea officia, quae nomen dando susceperunt, si gratiis Piae Unioni ab Ecclesia concessis vere frui desiderent.

9. — Sodales ordinarii vocantur, qui praeter caetera Piae Unionis officia praestita, statutas a Consilio regionali contributiones quotannis solvunt.

10. — Sodales perpetui, qui similiter, praeter fidelem officiorum satisfactionem maiorem ad hoc a Consilio statutam exsolvunt.

11. — Sodales honoris causa sunt Reverendissimi Domini Episcopi, nec non S. R. E. Cardinales, qui Piae Unioni adhaeserunt.

12. — Omnes sacerdotes qui actu in missionibus degunt vel valetudinis, senectutis aut obedientiae causa eas relinquere coacti sunt, omnibus privilegiis et gratiis Piae Unioni concessis gaudent.

13. — Pia Unio Cleri pro Missionibus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide omnino dependet.

III. DE CONSILIIS.

14. — In unaquaque regione Piae Unioni proxime praestet Consilium regionale et in singulis dioecesibus Consilium dioecesanum.

A) De Consilio regionali.

15. — Consilium regionale constat Praeside et quibusdam Consiliariis, quorum alii e Directoribus dioecesanis, alii ex Institutis missionalibus, si quae in regione adsint, assumuntur.

16. — Praeses Consilii regionalis a Sacra Congregatione de Propaganda Fide nominatur. Episcopi regionis nomen vel nomina candidatorum, ut plurimum ex regionis Ordinariis delectorum eidem Sacrae Congregationi proponunt.

17. — Consiliarii eliguntur a Praeside, collatis consiliis cum Ordinariis locorum, si de sacerdotibus saecularibus, et cum Moderatoribus Regularium, si de Religiosis agitur.

18. — Consiliarii per tres annos in officio manent sed iterum eligi possunt.

19. — E Consiliariis unus officium Secretarii alius Arcarii munus obibit, munera vero ab utroque praestanda, praeterquam ab officii natura, a Praeside statuuntur.

20. — Consilii regionalis est omni studio Piam Unionem in regionem promovere, stipem statuere a sodalibus ordinariis aut perpetuis solvendam, examinare atque recognoscere rationes accepti et expensi a dioecesanis Consiliis, Consilia dioecesana in eorum propria actione adiuvare ubi opus est congressus Piae Unionis totius regionis indicere et alia huiusmodi.

21. — Quotannis Consilium regionale semel saltem convenit, convocante Praeside.

22. — Sedes Consilii regionalis a Praeside statuitur.

B) De Consilio dioecesano.

23. — Piae Unioni Cleri pro Missionibus in singulis dioecesibus praeponitur Consilium dioecesanum, constans Directore seu Moderatore et Consiliariis, quorum unus Secretarii, alius Arcarii munere fungitur.

24. — Tum Director tum Consiliarii ab Ordinario loci nominantur et ad illius nutum in munere permanent.

25. — Consilii dioecesani est Piam Unionem in dioecesi promovere, curare ut omnes sacerdotes illi nomen dent, et praecipue ut omnes adscripti, studio er gamissiones animat sanctum Associationis finem actuose prosequantur.

26. — Consilium dioecesanum bis in anno congreditur, et ptaeterea quoties Director illud convocare opportunum duxerit.

27. — Moderatoris dioecesani est, ineunte quoque anno, facta prius dioecesano Consilio relatione, transmittere ad regionale Consilium

accepti et expensi nec non rerum actarum rationem adprobandam una cum indice novorum adscriptorum.

28. — Secretarius omnium actorum instrumenta conficiet tum conventus Consilii tum congressuum dioecesanorum, tum etiam rerum notabilium ad Piam Unionem in dioecesi se referentium.

29. — Arcarii munus est colligere contributiones a singulis membris solvendas, pecunias fideliter administrare et de iis quotannis Consilio dioecesano rationem reddere.

30. — Sedes Consilii dioecesani a Moderatore seu Directore, de consensu Ordinarii, figitur.

IV. — DE CONGRESIBUS.

31. — Congressus regionalis omnium adscriptorum Piae Unionis Cleri pro Missionibus, totius nationis seu regionis, semel saltem singulis quinquennis locum habebit, vicissim in locis regionis praecipuis, ad arbitrium Praesidis.

32. — Si forte ob rationes peculiares extra ordinem censeatur convocandus congressus Praeses, adprobante Consilio regionali, Directores dioecesanos convocabit, eorumque deliberationi rem proponet.

33. — In congressibus ordinariis Secretarius Consilii regionalis de iis referet quae ab ultimo Congressu memoratu digna acciderint.

34. — Arcarius vero rationem reddet de statu oeconomico Piae Unionis in regione.

35. — Congressus regionalis deliberabit de Piae Unionis statu, de mediis idoneis quibus adscriptorum amor et studium erga missiones sustineatur et augeatur, de rebus et de quaestionibus Consilio regionali propositis et ab ipso tractandis admissis; de postulationibus a Moderatoribus Operum missionalium oblatis et de ceteris huiusmodi. Absque explicito Consili regionalis consensu non licebit disserere in conventibus de rebus ordine praestituto non comprehensis.

36. — Congressus dioecesanus semel saltem singulis biennis celebrabitur; extra ordinem a Directore, audito Consilio et adprobante Ordinario, ob iustas causas convocari poterit.

37. — Congressus dioecesanus similibus regitur praescriptionibus ac Congressus regionalis.

FAVORES SPIRITUALES.

I. — Indulgentia plenaria, suetis sub conditionibus lucranda, in festis: 1). Epiphaniae, 2). SS. Apostolorum, 3). S. Michaelis Archangeli, 4). S. Francisci Xaverii, 5). semel in mense, die ad proprium cuiusque arbitrium eligenda, 6). in articulo mortis, servatis servandis.

II. — Indulgentia centum dierum pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto.

III. — Facultas (dummodo adsriptus ad sacramentales confessiones audiendas sit approbatus):

1). benedicendi extra Urbem, unico Crucis signo, coronas, rosaria. cruces, crucifixos, numismata et parvas statuas cum applicatione Indulgentiarum Apostolicarum (Cfr. Acta Ap. Sedis, 1922, p. 143); 2). benedicendi, unico Crucis signo, coronas iuxta typum rosariorum B. M. V. confectas, cum applicatione indulgentiarum, quae a PP. Crucigeris nomen habent; 3). benedicendi ac imponendi. servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis scapularia Passionis D. N. Iesu Christi, immaculatae Conceptionis B. M. V. SS. Trinitatis, B. M. V. Perdolentis. B. M. V. a Monte Carmelo, ab Apostolica Sede approbata. (Cnf. infra n. VII); 4). benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos cum applicatione indulgentiarum pii exerciti a Via Crucis nuncupati in favorem fidelium, qui quominus sacras visitent „Stationes“ legitime impediuntur; 5). benedicendi, unico signo Crucis, crucifixos, iisdem que applicandi plenariam indulgentiam in articulo mortis ab iis acquirendam, qui praescriptis expletis conditionibus, illos osculati fuerint aut saltem aliquo modo tetigerint (Cnf. Acta Ap. Sedis, 1914, p. 348).

IV. — Indultum personale Altaris privilegiati, quater in qualibet hebdomada, dummodo simile indultum pro alia die non obtentum fuerit.

(Haec omnia per S. Poenitent 15 nov. 1918 Cnf. Acta Ap. Sedis, 1919, p. 20).

V. — Facultas (dummodo, ut supra, ad sacramentales confessiones audiendas adscriptus sit adprobatus), benedicendi coronas Septem Dolorum B. M. V. cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum, quas Summi Pontifices eiusmodi coronis impertiti sunt.

VI. — Facultas, ut supra, benedicendi ac imponendi, sub unica formula, scapularia, quae ut Sodales Piae Unionis imponendi facultate gaudent. (Ex Audientia SSmi Emo Praefecto S. Congr. de Prop. Fide concessa die 20 martii 1919. Cfr. Acta Ap. Sedis, 1919, p. 179).

VII. — Facultas imponendi scapularia de quibus supra, absque inscriptionis onere in al-

bum Confraternitatis (Ex Audientia SSmi Emo Praefecto S. C. de Prop. Fide concessa die 4 martii 1920).

VIII. — Facultas pro omnibus adscriptis anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen officium diei iam persolverint (ex Audientia Ssmi Emo Praefecto S. C. de Prop. Fide concessa die 1 decembris 1921. Cfr. Acta Ap. Sedis, 1921 p. 565).

AKTA KURJI DIECEZJALNEJ.

3. Dekret pasterski.

SIGISMUNDUS ŁOZIŃSKI.

Dei et Sedis Apostolicae gratia.
Episcopus Pinskensis

Decretum Erectionis Decanatus Kosoviensis.

Ea, quae animarum pericula submovent et populo et Venerabili Clero Nobis credito levamina praebent, sedulo amplectentes, indigentiis incolarum et sacerdotum habitantium in districto Kosów moti, de quas per relationem Venerabilis Cleri in districtu Kosów habitantis, certiores facti sumus decanatum in dicto districtu Kosów eiusdem nominis Kosoviensis erigere statuimus.

Facta idcirco diligenti inquisitione consultisque AA. RR. Decanis vicinis et Venerabili Consilio Dioecesano Nostro decanatum Kosoviensem erigimus eique Ecclesiae in oppidis respect. pagis Kosów, Iwacewicze, Różana, Telechany cum suis paroeciis adscribimus et pertinere declaramus

Quarum in fidem etc.

Datum Pinsci, die XII Octobris a. D. MCMXXVI

SIGISMUNDUS eppus.

L. S.

Num 8730/26. *Henricus Humnicki*
Cancellarius.

4. Okólnik o korespondencji z Urzędami Państwowymi.

L. 11270/26.

Kurja polecała niejednokrotnie Czcigodnym Księżom trzymać się prawidła, że żadne zarządzenia administracyjnych władz kraju, dane Duchowieństwu, nie ma siły obowiązującej, zanim nie zostanie zaaprobowane, względnie ogłoszone przez władzę diecezjalną. Prawidła tego należy się trzymać i nadal. Nie znaczy jednakże, aby wszelka korespondencja poszczególnych urzędników państwowych z księżmi musiała przechodzić przez Kurję. Bywają wypadki, że nawet na zapytanie, dotyczące urzędowych spraw Proboszcza, należy się wstrzymać z odpowiedzią, kiedy mianowicie można się w nim dopatrzyć dążenia do niewłaściwego wkraczania w sferę działalności kościelnej, albo chęci szkodliwego wyzyskania udzielonych informacyj. Jeśli jednak okoliczności nie budzą takich podejrzeń, i urzędowi administracyjnemu chodzi o zebranie danych, potrzebnych do sprawowania własnych funkcyj, albo dla zadośćuczynienia uprawnionym żądaniom instancji wyższej, trzeba raczej śpieszyć z chętną pomocą, i nie hamować sprężystości akcji państwowej przez zmuszania do zbytecznej korespondencji okólnej.

Dan w Pińsku, d. 24 Grudnia 1926 r.

Kanonik *Ks. W. Iwicki*
Wikarjusz Generalny.

Z Kancelarji Diecezjalnej.

5. Nowy Rytuał dla Polski.

L. 10577/26. *Pińsk, dn. 3 grudnia 1926 r.*

W roku 1923 Episkopat Polski zaaprobował opracowany przez Komisję rytuał dla Polski i zwrócił się do św. Kongregacji obrzędów o zatwierdzenie jego. Dnia 12 maja r. b. Kongregacja zezwoliła na druk rytuału obiecując, że po jego wydrukowaniu położy swą aprobatę.

Drukarnia katolicka w Katowicach podjęła się wydrukowania go w ciągu półrocza na papierze indyjskim w rozmiarach 15 x $8^{1}/_{2}$ cm. w dwu kolorach po 1000 stron druku.

Cena egzemplarza obrachowuje się na 30 zł., ale każdy kościół otrzymać może 1 egz. po cenie zniżonej 20 zł. W obu wypadkach dołożą się koszta ekspedycyjne. Ponieważ każdy kościół będzie musiał jeden egzemplarz nowego rytuału posiadać, przeto zaczynając od 1-go stycznia r. 1927 będzie się przez 4 miesiące co miesiąc potrącało z ryczałtów dekanalnych

po pięć złotych od egzemplarza podług liczby kościołów dekanatu. Ktoby wolał, niech przyśle całą należność, lub zawiadomi, że chce, aby mu cała należność została odrazu potrącona.

Ks. H. Humnicki
Kanclerz.

6. O notowaniu na przekazach na jaki cel przesłane pieniądze.

L. 10578/26 *Pińsk, dn. 3 grudnia 1926 r.*

Wszelkie sumy pieniężne, nadsyłane za przekazami do Kurji, o ile na przekazie nie będzie wymieniony cel, na jaki te sumy są wpłacane (np.: za dyspensę, za indult od zapowiedzi, na misje, na Świętopietrze, na metrykę etc.) będą wpisane do księgi kasowej, jako wpływ na powiększenie zasobów kasy diecezjalnej, reklamacje zaś z tego powodu nie będą brane pod uwagę. Bardzo często bowiem nadsyłane są przekazy z lakoniczną wzmianką „do №....", co naraża Kurję na nieprodukcyjną stratę czasu, potrzebną do wyszukiwania odnośnego pisma i przypomnienia jego treści. Szanowni Księża zechcą pamiętać, że przekazy nadchodzą nie jednocześnie z pismem odnośnem, oraz że przekazy skierowują się do kasy, pismo zaś do odpowiedniego wydziału Kurji.

Ks. H. Humnicki
Kanclerz Kurji.

7. W sprawie wydawania szybkiego metryk dla obywateli zagranicę.

L. 10613/26. *Dn. 7 grudnia 1926 r.*

Kurja podaje do wiadomości i do uwzględnienia słusznych wymagań Ministerstwa W. R. i O. P. pismo jego z dn. 1 grudnia r. b. N. VI C. I. 9393/26 skierowane na imię Kurji treści następującej:

„Władze administracyjne I i II instancji ustawicznie skarżą się na przewlekłe załatwianie przez rz.-katolickie urzędy parafjalne spraw, związanych z wydobyciem metryk urodzenia oraz świadectw do zawarcia małżeństwa dla obywateli polskich, zamieszkałych zagranicą.

Ponieważ zwłoka odbija się częstokroć szkodliwie na interesach obywateli, Ministerstwo uprasza Kurję, by zechciała polecić urzędom parafjalnym traktowanie wyżej wspomnianych spraw jako specjalnie pilnych. (Następuje podpis).

Ks. H. Humnicki
Kanclerz.

O urzędnikach stanu cywilnego.

L. 11269/26. *Pińsk, 24 grudnia 1926 r.*

IMć Księża Dziekani zechcą na najbliższych konferencjach dekanalnych wyjaśnić kondekanalnym Księżom, że XX. Proboszczowie nie są urzędnikami stanu cywilnego, lecz tylko proboszczami, zależnymi wyłącznie od Ordynarjatu. Wobec czego jeśli Księża posiadają pieczęcie z napisem „urzędnik stanu cywilnego", należy niezwłocznie zamienić na „pieczęć kościoła ....", lub „Proboszcz parafji ....".

Kanonik *Ks. H. Humnicki.*
Kanclerz Kurji.

9. O zjeździe XX Dziekanów.

L. 11268/26. *Pińsk, 29 Grudnia 1926 r.*

Do JW-nych JM Księży Dziekanów.

Kurja podaje IM Księżom Dziekanom do wiadomości, że wzorem lat poprzednich odbędzie się w roku nadchodzącym, d. 8 Lutego, o g. 9 rano, w gmachu Seminarjum Pińskiego, zjazd Księży Dziekanów i Delegatów, wybranych w tym celu po jednym od każdego dekanatu. IMĆ Księża Dziekani zechcą przeto w Styczniu urządzić zebrania dekanalne dla omówienia spraw, które mogłyby być poruszone na zjeździe, i dla wyboru Delegatów z grona Księży kondekanalnych.

Porządek obrad zjazdu w Pińsku ma być następujący:

1. Akcja społeczna.
2. Popieranie prasy katolickiej.
3. Bractwa.
4. Misje.
5. Sprawy majątku kościelnego:
   a) nadziały rolne.
   b) podział ryczałtów,
   c) taksy,
   d) rady parafjalne,
   e) rozrachunki między beneficjantem ustępującym i nowym.
6. Sprawy bieżące.

Kanonik *Ks. H. Humnicki.*
Kanclerz Kurji.

10. O loterji na Seminarjum.

L. 707. *5 stycznia 1927 r.*

Niniejszem podaje się do wiadomości publicznej, że wylosowane fanty z odbytej loterji

fantowej w Nowogródku w dniu 21 Marca 1926 r. w znacznej ilości nie zostały odebrane.

Wobec tego oznacza się termin prekluzyjny na dzień 1. Marca 1927 r.

Fanty nie odebrane do powyższego terminu zostaną sprzedane przez licytację, a dochód z tego tytułu powstały, zasili fundusz zapomogowy Seminarjum Duchownego.

Za Komitet Loterji fantowej

Ks. H. Humnicki
Kanclerz Kurji.

11. O Bractwie N. Sakramentu.

L. 922/27. *Pińsk, 15 Stycznia 1927 r.*

Kurja niniejszym poleca W-nym JM. Księżom Proboszczom nadesłać nie później jak 5 lutego b. r. sprawozdanie z działalności Bractw Najświętszego Sakramentu w r. 1926 oraz 10% zebranych przez wymienione bractwa sum pieniężnych.

Kanonik *Ks. H. Humnicki*
Kanclerz Kurji.

12. O sprawozdaniach szkolnych.

L. 923/27. *Pińsk, dn. 15 Stycznia 1927 r.*

Kurja poleca W-nym JM. Księżom Proboszczom nadesłać nie później jak w końcu b. m-ca sprawozdania szkolne za drugie półrocze roku szkolnego 1925/26 za pierwsze zaś półrocze b. roku szkolnego 1926/27 w końcu maja r. b.

Kanonik *Ks. H. Humnicki*
Kanclerz Kurji.

13. O uroczystościach papieskich.

L. 880/27. *Pińsk, dn. 20 stycznia 1927 r.*

Kurja niniejszem przypomina PPWW-ym XX-om, że w dn. 6-go i 12-go lutego przypadają święta papieskie, które zechcą PPWW-ni XX-ża z należną im uroczystością i okazałością obchodzić. Dzień 6-go lutego przypada w roku bieżącym w niedzielę co ułatwi organizowanie uroczystości. Dz. 12-go może być przeniesiony na datę 13-go lutego. Jeśliby w danej miejscowości nie można było urządzić obchodów w oba te święta, to przynajmniej jedną z tych niedziel, należy przeznaczyć do tem wspanialszego obchodu.

Kurja zwraca uwagę, że szczególniej muszą być urządzone obchody z jaknajwiększą okazałością tam, gdzie są dzieci (jak np. przy szkołach), by dziatwę przez to zaznajamiać z wiarą Kościoła Katolickiego o następcach widzialnych P. N. J. C., by umysły dziatek zespoliły się z naszemi uczuciami katolickiemi czci, jaką czujemy do Stolicy Apostolskiej i aby serca ich zapałały większą miłością do Następcy Św. Piotra, szczęśliwie nam obecnie panującego Ojca Świętego PIUSA XI.

O odbytych uroczystościach i ich porządku zechcą WW. XX. zawiadomić Jego Biskupią Mość.

Kanonik Ks. H. Humnicki
Kanclerz Kurji.

Kanonik Ks. H. Humnicki
Kanclerz Kurji Biskupiej.

Dział nieurzędowy.

Jordan w Pińsku.

W czasie kiedy miałem zaszczyt redagować, niestety, ośmio miesięcznej egzystencji dwutygodnik „Dzwony Poleskie" bardzo często nagabywany byłem przez różne sfery społeczeństwa polskiego, co oznaczać mają nabożeństwa odprawiane w Katedrze przez różnych popów prawosławnych?

Z pewnego rodzaju oburzeniem musiałem odpowiadać na tak nielogiczne zapytywania, wychodzące z ust katolików.

Wyjaśniałem tedy, że na specjalne życzenie Stolicy Apostolskiej, miejscowy Pasterz roztacza szczególną opieką katolików obrządku greckiego — czyli unitów, do niedawna jeszcze tak okrutnie prześladowanych przez zaborcę rosyjskiego.

Ponieważ rząd Polski z nadzwyczajną względnością traktuje wyznawców prawosławja i aby nie urazić mniejszościowych obywateli *nie odbiera im cerkwi nawet bez żadnego użytku stojących* (choćby taki przykład jak klasztor po Bernardyński w Pińsku), przeto unici nie mają swoich własnych świątyń i trzeba dla nich użyczać Katedry.

Pomiędzy kapłanami tego obrządku znajdują się i byli popi prawosławni, którzy oficjalnie przeszli na katolicyzm, a że ich wygląd zewnętrzny nie zatracił przez to wybitnych cech popowskich, to jeszcze nie dowód, aby ich nabożeństwa, przypominające prawosławje nazywać prawosławnemi.

Zapytywano mnie również dlaczego dziś w wyzwolonej Polsce, wojsko nasze nie brało udziału w procesjach jubileuszowych celebrowanych przez naszego Pasterza?

Nie mówiąc już o miastach w Europie pomniejszych, każda nawet stolica z większościowem wyznaniem katolickiem, uważa dla siebie za punkt honoru, takim uroczystościom nadać największą okazałość, i chlubę narodu, to jest jego wojsko, wysuwa na czoło każdej procesji.

Dlaczegóż u nas w kraju wyzwolonym od knuta kozackiego, od prześladowań wyznaniowych i narodowościowych, w kraju par excellence katolickim, stosuje się do wojska taki ostracyzm — taką baricję?

Na te pytania nie umiałem odpowiedzieć, gdyż i mnie podobna abstynencja bardzo niemile raziła. Ażeby jednak w jakikolwiek bądź sposób salwować powagę naszego kościoła, zapewniałem interlokutorów, że wojsko polskie ma swoich proboszczów należących do jurysdykcji Biskupa polowego, który widocznie zarządził te specjalne ceremonje, ściśle w granicach koła czysto wojskowego.

Kiedy w ten sposób poleskie społeczeństwo katolickie reaguje nawet na pozory faktów, wydających się niekatolickiemi, lub na abstynencję wojska w obchodach kościelnych, to szanowni czytelnicy niechże sobie wyobrażą zdumienie i oburzenie pińszczan na widok wojska polskiego asystującego w szyku bojowym przy święceniu przez prawosławnych Jordanu.

Patrząc na żołnierzy w uniformach polskich, byłem przekonany, że to prawosławni, odbywający powinność w naszem wojsku, ale towarzyszący mi jeden z miejscowych urzędników roześmiał się głośno i wyrzekł: czy to pan redaktor nie wie, że wojsko polskie i wszystkie władze cywilne otrzymały nakaz stawienia się w ordynku dla uświetnienia uroczystości cerkiewnej?

Słyszała to obok stojąca stara pińczuczka — unitka i rzecze:

„panoczku, nasi bojaćca, szczo moskal tu niedouho „wernećca," to i po tomu świeczku jemu palać" !...

W taki sposób lud prosty tłumaczy sobie naszą dżentelmenerję państwową, a inteligencja katolicka uważa to za ciężką obrazę honoru polskiego i gwałt zadawany sumieniom katolickim!...

R. Kreczmer.

Biblioteka Seminarjum Duchownego w Pińsku.

Bibljoteka Seminarjum duchownego w Pińsku znajduje się w stanie organizacji a tem samem dopiero w początkach. Właśnie dlatego pragniemy podać kilka danych o jej stanie, o jej przeszłości, przyszłości i potrzebach.

Zrąb Biblioteki seminaryjnej stanowi dawna bibljoteka znajdująca się w klasztorze Franciszkanów pińskich. Bibljoteka ta składała się w pierwszym rzędzie z bibljoteki samegoż konwentu franciszkańskiego.

Konwent Franciszkanów w Pińsku jest prawdopodobnie najdawniejszy ze wszystkich klasztorów znajdujących się na obszarze dzisiejszej diecezji pińskiej, powstał bowiem pod koniec w. XIV. Fundował go w r. 1396 ówczesny książe piński, starodubski i turowski, Zygmunt Kiejstutowicz, późniejszy wielki książę litewski. Poświęcił go biskup wileński Andrzej, sam Franciszkan, tegoż roku. Przy kościele założono parafję z tem, że każdy gwardjan będzie zarazem plebanem. Pierwszemu gwardjanowi było na imię Wincenty. Kościół, a tem bardziej konwent był z drzewa.

Konwent franciszkański w Pińsku przetrwał cały czas aż do kasaty w. XIX, pomimo wszelkich kolei, jakie przechodziło miasto a i sam zakon w Polsce. Początkowo należał do wikarji litewskiej, której ośrodek mieścił się w Wilnie, pod koniec w. XVI przydzielono go do kustodji krakowskiej. Wskutek tego kiedy w r. 1624 podzielono prowincję polską na wielko - i małopolską z jednej, a litewsko-ruską z drugiej strony, czas jakiś należał do pierwszej, ale wkrótce go jednak ojcowie litewscy odwojowali dla siebie. Należał odtąd do litewskiej i dzielił jej rozmaite dzieje. W tej prowincji liczył się jako jeden z przedniejszych konwentów i w nim mieściło się studjum teologji prowincjalne. Dzisiejsza budowla klasztoru i kościoła pochodzi z lat 1712-1730.

Od kiedy datują początki bibljoteki konwentu, nie umiemy dotychczas jeszcze powiedzieć. Inkunabułów obecnie w bibliotece niema a jeśli kiedykolwiek były, to znaczy, jeśli bibljoteka istniała już w XV w., to chyba właśnie dlatego było ich bardzo mało. W dzisiejszej bibljotece najdawniejsze książki spotykamy z w. XV, jeszcze gotyckim drukiem z r. 1509. Sermones Pomerii i Stellarium Coronae druk Jakóba Sacon w Lugdunie, tudzież niedatowane Antoniego Andreae Ouaestiones i Lamberta de Monte Copulata, z początków w. XVI. Na pierwszem dziele spotykamy zapiski metrykalne z lat 1583, 1584, zapewne pińskich Franciszkanów, drugą jeszcze w r. 1577 dopiero podarowano O. Wojciechowi Pontanowi. Rękopisy pochodzą z w. XVII XIX. Z zakonników, pracujących nad powiększeniem bibljoteki wymienić należy przedewszystkiem Antoniego Olechnowicza, gwardjana i regenta studjum w w. XVIII. W XIX w. dużo przysporzył X. Moszyński, długoletni proboszcz piński. Po kasacie klasztorów na Litwie od połowy w. XIX, pozostawiono w Pińsku parafję r. 1852 i do niej zgromadzono książki z pokasowanych klasztorów, przedewszystkiem pińskich. W roku 1842 bibljoteka franciszkanów pińskich liczyła 1845 tomów.

(dalszy ciąg nastąpi).

Tłoczono w Drukarni Diecezjalnej w Pińsku. Redaktor — **Roman Kreczmer.**